

1007

CODICES

1008

Dum cras est Prothbus deceffit Rex ludouicus. Anno CCCLXXVII. Sceptra Sigismundi vindex conceptio strinxit. M. CCCC. XXXVII. Peior praga cibus scindis bei lassla Clementis. 1457.

Fallit annus primus; obiit enim Ludovicus I. Rex Hungariae anno demum 1382. Festum Proti est 11. Sept. sunt tamen, qui Regis mortem 12. adsignant. Ita quidam Sigismundum 9. Dec. mortuum scribunt, cum Festum Conceptionis B. V. 8. agatur. De Ladislao Posthumo dies et annus recte habent. In postica: *Magister Johannes de Peurbach dedit 1. flor. Vngar.* Non itaque Georgius celebrer Mathematicus noster.

CCCCXXXIII.

R. 2142 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 41. 8. per duas columnas minute, et priore parte nitide exaratus, rubricisque distinctus titulum praefert: *Incipiunt me-*

Codex

Exurgat deus et cadat armatus iste. Cadat et conuertatur. Iniquus homo est, contemptor dei, cultor sui, amicus mundi, seruus diaboli. Quid tibi uidetur? Sed recte sentis, mecum dices: Reus est mortis, crucifigatur. Noli dissimulare, noli differre, noli parcere, sed festinanter, audacter, instanter crucifige hominem hunc, sed cruce christi, in quo est salus et uita, ad quem si ex corde clamauerit crucifixus, audiet benigne respondentem: Hodie mecum eris in paradiso.

*ditiones Bernardi. Ad oram inferam manus συγγεγοσ adjecit: Anno domini M. C. XIII. A constitutione domus cysteracen. XV. seruus dei Bernardus Annos natus XXII. cysteracium ingressus cum socijs amplius quam XXX. sub abbate stephano christi iugo collum submitit. Meditationes ipsas Bernardo detrahit Editio Opp. Mauriana T. V. Paris. 1690. col. 319. f. Mirum, quod in Codice praesenti a Capite incipiunt, quod in illa Edit. ultimum est: *Dies hominis sicut umbra super terram &c.* et ultimum esse debet propter adjunctam *δοξολογιαν: qui uiuit et regnat &c.* Ceterum alia etiam diuisione Capita non XV. sed XVI. censet, et lectione abit, cujus specimen fit ex eodem Capite:*

Editio

Exurgat Deus, et cadat armatus iste: cadat et conteratur inimicus homo, contemptor Dei, cultor sui, amator mundi, seruus diaboli. Quid tibi uidetur? Si recte sentis, mecum dices: Reus est mortis, crucifigatur. Noli ergo dissimulare, noli differre, noli parcere: sed festinanter, audacter, instanter crucifige hominem istum, sed cruce Christi, in qua est salus, et uita, ad quem si ex corde clamaueris, Crucifixus tuus audiet te benigne respondens: Hodie mecum eris in paradiso.

II. fol. 14. p. 2. Sequuntur Ascetica breviora: 1) *Formula honeste uite*, perperam a *Bernardo Silvestri* ad *Claraevallensem* translata, et saepe nobis memorata: *Petis a me &c.* 2) continuo adscriptum, quod *Mauriani* T. cit. col. 799. adpellant *Arnulfi de Boeriis Speculum Monachorum*, quod nullo titulo, rubro incipit: *Si quis emendationis uite desiderio tactus &c.* 3) *De quadruplici morte. De tribus viribus anime. De triplici extasi. De dilectione.* et plura similia iis, quae in *Libro Sententiarum* T. cit. col. 771. habentur, et si penitioris indagacionis pretium esset, reperirentur in *Hugonis a S. Victore* Operibus.

*Par est in verbis odoriferis id opus herbis.
Nempe gerit flores Bernhardi nobiliores.*

Prologi initium dabo infra. Hunc excipit Index Capitum L. I. quod

*Flagrat Bernhardus sacer in dictis quasi nardus,
Ex quibus hic tractus liber est in scripta redactus.*

Lege id odoriferis, et *Fragrat.* Fol. 35. p. 2. monet in margine Miniator: *Hic deficiunt decem Capitula, que require in fine auctoritatum de beata virgine*, et reipsa ibi fol. 105. p. 2. comparent; pertinent vero ad L. V. inter C. XVII.

*Prologus in verbis exhaustis fonte beato
Presulis aurelij salientis gurgite pleno
Sic Augustinum lector agnosce vocatum
Hunc dum sacra fides suscepit fonte renatum.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

CCCXXXIV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3012 XIV. Folior. 218. f. per duas columnas bene scriptus, coloribus illustratus, et prius, ut fol. 217. p. 2. notatur: *Monasterij sancte dorothee in wienna*, sequentia includit: I. *Incipit Liber primus exceptionum collectarum de diuersis opusculis beati Bernardi egregij abbatis Claraevallens.* Additur in margine: *editus ab episcopo Zenonens. petro*; nempe *Petro Rogerio*, qui ex Archiep. *Senonensi Clemens VI.* Pont. Max. fuit; sed reclamant Literatores pro *Guilermo Tornacensi*, ut jam dixi *Vol. I. P. 1. col. 1083.* et repetam ad Codicem sequentem. In praesenti ante Prologum:

etiam per omnes X. Libros obtinet, et subjicitur:

et XXVIII. ut etiam Editio *Norimb. f. l. et a.* confirmat. Plura ad Codicem sequentem.

II. fol. 109. *Incipit liber florum collectus et concinatus de diuersis libris summi et imperialis doctoris Augustini.* Ante Prologum:

Sss

Ini-